

Michael Cobabus

**Disputatio Prima Theologica De Scriptura Sacra : In qua Sequentes Theses,  
Quaestiones & Casus Conscientiae, Spiritus Sancti ductu & gratia**


Rostochi[i]: Richelius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738047082>

Druck Freier  Zugang



Vert. M. Cobabus. Praeses. J. Lotzmann.  
R. U. theol. 1646.



Disputatio Prima  
THEOLOGICA

De

SCRIPTURA SACRA

In qua

Sequentes Theses, Quæstiones  
& Casus Conscientiæ,

*Spiritus Sancti ductu & gratiâ*

DIRECTORE

JOHANNES COTHMANNO

SS. Theol. D. & Professore celeberrimo,

PRÆSIDE

M. MICHÆELE COBABO

Sternberga Megapolitano,

*Publico examini subicit*

HENRICUS RULMAN,

Hervord. Westph.

*Ad diem 18 April. in Auditorio Unicorniæ  
horis antemeridianis.*

ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr. Anno 1646.



*Thesis I.*

**T**heologiae principium cognoscendi: est sola S. sacra, vel divina revelatio facta per Prophetas in V. & Apostolos in N. T.

II. In hoc principio illa omnia, quæ ad essentia & voluntatis divinæ cognitionem, nostramq; salutem sunt necessaria, sufficienter, & perspicuè continentur.

III. Appellatur itaq; fidei, cultuum, & morum, regula, ut, quæ cum illo concordant, recipiantur, & approbentur; quæ autem cum illo discordant, repurgentur, vel simpliciter rejiciantur.

IV. Autoritas illius principii tanta est, etiam quoad nos, ut propter internam Spir. S. persuasionem, & testimonium infallibile sit *ἀποστόλων*, & *ἀγγέλων*.

V. Summa interpretandi scripturam autoritas est penes Sp. S., qui nobis verum illius sensum aperit & persuadet.

VI. Alios igitur convicturi, de vero scripturæ sensu, non ad judicem quendam visibilem confugimus; sed scripturam pio & modesto animo scrutantes Sp. Sanctum tanquam judicem summum consulimus.

VII. Media quibus est utendum, ut scripturam rectè interpretemur, præcipua sunt 1. Preces assiduæ, 2. ad fontes scripturarum aditus, 3. Accurata circumstantiarum in quolibet scripturæ loco occurrentium contemplatio, 4. unius loci cum alio collatio.

VIII. Quibus omnibus etsi non instructi sunt Laici; utile tamen est, ut scripturam legant in lingua vernacula.

IX. Sola autem lingua Hebræa in V. & Græca in N. T. est, & manet authentica.

X. Ex

X. Ex harum linguarum proprietate, judicandum est, de sensu literali & Grammatico, qui perpetuò est retinendus, nisi contextus aliter fieri postulet, & simul quomodo fieri debeat, ostendat.

## QVÆSTIONES.

contra

### I. PONTIFICIOS.

- I. An Scriptura sacra sit accommodata ad omnes errores convincendos? Affirm.
- II. An præter Scripturam sacram in Religionis negotio adhibenda sint traditiones non scriptæ? N.
- III. An ab Evangelistis, & Apostolis Verbum divinum, vivâ voce traditum, mandato Dei scripto sit comprehensum? Aff.
- IV. An ex conditione Reipublica bene ordinata sit colligendum, quòd in Ecclesia debeat esse judex visibilis? N.
- V. An Pontifex V. T. fuerit certa regula, & ab illo licitum sit argumentari ad Episcopum Romanum? N.
- VI. An Pontifex Romanus sit summus judex controversiarum, & errare non possit? N.
- VII. An populus teneatur obedire Papa in illis, qua spectant ad religionem Christianam? N.

### II. PHOTINIANOS.

- I. An scriptura ad rationis normam sit exigenda, ut, quod cum illa non convenit, falsum esse, & in Theologia, nullum locum habere posse statuatur? N.
- II. An opus sit peculiari Sp. S. revelatione, ut scriptura sacra cum fructu legatur & audiatur? Aff.
- III. An in Mose & Prophetis, contineatur Religio Christiana, & doctrina V. T. commode citari possit, ut fides nostra non tantum illustretur, sed etiam firmiter confirmetur? Aff.
- IV. An scriptura sit ita perspicua, ut à nobis eam legentibus & audientibus solius intellectus auxilio, abs speciali, & interna Sp. S. illuminatione possit intelligi? N.

ANA,

### III. ANABAPTISTAS.

- I. *An expectanda sint peculiare revelationes, ex quibus, quid credi, quid non credi oporteat, sit judicandum? N.*
- II. *An Moses & Propheta, adventu Christi sint antiquati, & non pariter certitudinem & auctoritatem habeant cum libro N.T. & Neg.*

### IV. WEIGELIANOS.

*An scriptura sit libera mortua, ambi dextra, flexiloga, & nullam habeat virtutem in convertenda hominibus? N.*

### V. CALVINIANOS.

*An Lutherani habeant veram, genuinam & invariata[m] Confessionem Aug<sup>7</sup> Vindellicorum exhibitam? Aff.*


## CASUS CONSCIENTIÆ.

Queritur:

- I. *An sufficiat Christiano, ut scripturam domi assidue legat, & templi frequentationem intermittat? N.*
- II. *An Christianus salva conscientia possit eligere sedem, & habitationem, ubi sacra scriptura lectio est prohibita, adeo, ut ab illa vel peccatum sit abstinendum vel etiam alio sit abeundum? N.*
- III. *Quomodo Christianus sit erigendus, quando illum feriunt ignita spiritus nequissimi tela, ut dubitet de Religionu Christiana veritate.*







verſis & cognitâ divinâ Scripturæ auctoritate, facile q  
& illum & iſtum & ſic conſequenter reliquos libros  
eſt credendorum faciendorumq; normam ac regula  
nem facere non poteſt (hoc enim ſolius Dei eſt, qui d  
lam præſcripſit) notificare tamen Canonem, & de ſc  
quinam habitū ſemper & agniti fuerint Canonici, teſt  
eſt. Quæritur hic in ſpecie, *an & Apocryphi dentur in ſe  
diti quidam fuerunt, ſed qui propriè à Canonicis ſegre*

§. 18. Controvertitur III. De Verſionibus, ubi qu  
*vertenda ſit ſcriptura in linguam cuiq; genti & nationi*  
Affirm. Siquidem tota Eccleſia, & omnes gentes,  
partem idiotæ conſtituunt, docendæ ſunt, & quidem  
gnitâ linguâ; 1. Cor. 14. v. 6. 7, 8, 11, 16. 17. 23. 24. &  
linguatum à ſpiritu Dei ſanctificatorum Act. 2. Quæ  
*an & Laicis permittenda lectio ſcripturæ?* negant Pon  
mus, his potiffimum rationibus, 1. ob mandatum gene  
omnes indefinitè, ſcrutari ſcripturâ. 2. ob finem ſcriptu  
munem, quem conſequimur non modò ex auditu ſe  
obſtante loco, Rom. 10. v. 14, 15. 17. nam publica & ſ  
Evangelij, ad lectionem & meditationem maximè d  
Beroeniſium Act. 17. v. 11. 3. ob univerſale objectum, D  
ſcendum & omnem hominem informandum ex ſcrip  
nes non ſolum patribus & ſenioribus ſed & filiis, p  
adeoq; & Laicis ſcribit 1. Joh. 2. v. 7, 12, 13, ſeqq. conf. De

§. 19. Finis Scripturæ S. alius intermedius eſt, eru  
nem ad ſalutem per fidem, ad quam generandam ſit  
doctrina, correctio &c. Joh. 20. v. 31. 2. Tim. 3. v. 15, 16  
ipſa vita æterna & gloria Dei in quâ finaliter termina  
ex his æſtimatur Scripturæ Sacræ perſpicuitas, efficaci

§. 20. Perſpicuam eſſe Scripturam vel indè liquet, q  
& lumen ipſum eſt, idq; tum ambulare ſpiritualite  
gredi & ad metam pervenire nos faciens, 2. Petr. 1. v. 19.  
v. 105. *exp. totus hic Pſalmus.* Ad oſtendendum v  
dendum hoc lumen requiritur pia attentio & Interpre  
pheria dicta. Hæc ne ſit *idiōs Πηλόσεως* 2. Pet. 1. v. 20.  
Rom. 12. v. 6. (h. e. ut ex clarâ & conſtanti Scripturæ ſer  
tur loca reliqua) opus omnino eſt certis & divinitus m  
de quibus hæc vice fuſius agere non licet. Dicimus ſalti

hunc  
hoc  
ano-  
regu-  
imis,  
pot-  
Cre-

t;  
quod  
nam  
co-  
ſum  
ius,  
ma-  
nur  
om-  
Non  
atio  
um  
no-  
an-  
bus  
&c.  
mi-  
ant  
us,

na  
o-  
o-  
n-  
n-  
o-  
o-  
o-  
o-  
o-  
o-

na  
o-  
o-  
n-  
n-  
o-  
o-  
o-  
o-  
o-  
o-

